Hryc Jaworski Szypowicz sanus mente et corpore exns à Terris Dicibus Juribus Jurisdictionibusq[ue] suis quibusuis propriis et Competen[tibus] recedendo officii vero Castren[sis] Capitan[ealis] Premyslien[sis] Jurisditioni quoad actum hunc attinet se cum successoribus ac bonis suis generali omnibus totali et plenarie incorporando atq[ue] subijciendo palam libere publice ac per expressum recognouit Quia ipse Nobili Casiae olim Feinko Szandrowski filiae Coniugi vero suae legitimae eiusq[ue] posteris summam Quadraginta florenorum polon[icalium] ratione Dotis post eam acceptae et in domum suam importatae Item non aliam similem summam Quadraginta florenorum polon[icalium] Ratione Certi veri iusti et liquidi dotality in et super tota et integra medietate bonorum suorum generali omnium haereditariorum et obligatorum mobilium et immobilium summarumq[ue] quarumuis pecuniarum nunc habitarum et habendarum dedit dotauit et dotalitiauit inscripsit et Reformauit prout officio dat dotat dotalitiat inscribit et reformat Quam quidem medietatem bonorum suorum generali omnium eadem olim Jaworska Consors sua Cum omni Iure dominio et proprietate omnibusq[ue] et singulis vtilitatibus et emolumentis tenebit habebit et possidebit Illisq[ue] quiete et pacifice vti fruetur rigore ac more aliarum Reformationum hactenus et diutius in Regno obseruari solitarum. Hac officiali Inscriptione ad Quittam mediante.

Jaworski Filio Suo Donat

Comparens personaliter coram officio et Actis officii Castren[sis] Capitalibus Premyslien[sis] Nobilis Hryc Jaworski Szypowicz sanus mente et corpore existens à Terris Dicibus Juribus Jurisdictionibusq[ue] suis quibusuis proprijs et Competen[tibus] vero officii vero Castren[sis] Capitan[ealis] Premyslien[sis] Jurisditioni quoad actum hunc attinet se cum successoribus ac bonis suis generali omnibus totali et plenarie incorporando atq[ue] subijciendo palam libere publice ac per expressum recognouit Quia ipse Bona sua propria infrascripta videlicet tertiam partem bonorum suorum generali omnium quaecunq[ue] in bonis villae Jaworra Terra et Districtu officii Premysliensi se Recognoscentem Concernunt sibiq[ue] Iure haereditario vel alio quouis seruiunt Cum omni praemissorum Iure dominio proprietate ac titulo

hæreditario Cumque omnibus et singulis bonorum præfatorum utilitatibus fructibus proventibus redditibus emolumentis obventionibus attinentiisque et pertinentiis quibuslibet Universis Nihil ex præmissis Iuris dominij proprietatis ac cuiusvis Competentiæ et prærogativæ pro se Recognoscente suisque Successoribus aut quopiam alio reservando seu excipiendo verum prout præfata bona ipsemet Recognoscens tenuit habuit et possidebat ipsique concernebant ac eidem serviebant Iam ex nunc et de facto Nobili Sienko Iaworski Trzypowicz Filio suo eiusque posteris dedit donavit inscripsit et resignavit prout præsentibus dat donat ac titulo puræ meræ et irrevocabilis donationis inscribit et resignat perpetuo Inquam quidem bona præsentibus donata iam ex nunc et de facto idem Nobilis Steć Iaworski suprascripto Nobili Sienko Iaworski Filio suo eiusque posteris coram officio præsenti dat et admittit realem Intromissionem et actualem pacificamque possessionem per Ministerialem quemcunque Competentem et Nobiles duos de quacunque voluerit officio se acceptandam Per ipsum Donatarium suum et ipsius posteros bona præfata præsentibus donata cum omnibus eorundem utilitatibus et usufructibus tenendi habendi et possidendi Illisque quiete et pacifice utifruendi ac ad usus suos suorumque Successorum quosvis beneplacitos libere et effectualiter Convertendi perpetuis et Universis temporibus Debetque et tenebitur prænominatus Recognoscens prout se ac suos Successores in et super bonis suis quibuslibet omnibus Summisque pecuniarum quibuscunque habitis et habendis præfato Donatario suo inscribit et obligat præsentibus ipsum et eius Successores in dictis bonis præsentibus donatis et ratione eorundem ab omni et quavis impetitione iuridica quarumcunque personarum cuiuscunque Conditionis status et sexus existentium exorienda per omnes præscriptiones Terrestres prout ad quamlibet personam Terrestrem spectat et pertinet præscripto in omni Iudicio et officio Regni toties quoties opus fuerit tueri defendere evincere intercedere et eliberare indemnemque eum posterosque reddere Nec non bona præfata præsentibus donata ab omnibus in genere Iuribus et Inscriptionibus prioribus et posterioribus super eadem bona factis et faciendis etiam a quibusvis Citationibus super eadem bona importatis et importandis Lucris denique et perlucris processibusque Iuris quibusvis in quocunque puncto et gradu Iuris dependentibus et in quovis Iudicio et officio Regni obtentis et obtinendis ac super præfatis bonis præsentibus donatis perductis et perducendis emendare et eliberare mundaque et libera semper facere ac etiam Intromissionem præfatam coram officio præsenti admissam in fundo bonorum præfatorum præsentibus donatorum.

dum per Ministerialem

dum per M.calem et Gen.s duos officiale requiretur non denegare modo debebit et te:
nebitur eandem libere et effectualiter dare et admittere dataq[ue] et admissa eadem possessione
et usu fructu praemissorum omnium quovis modo tam per se quam per suas quasvis submis-
sas et subordinatas personas non impedire nec adimere Ipsiq[ue] donatario suo et eius po-
steros in praemissis omnibus non iniuriari Ita ut eadem bona praesenti donata idem Donatarius
suis ad posteris quiete et pacifice praesentis Inscriptionis donationis vigore tenere ha:
bere et possidere queat perpetuo et in aevum irrevocabiliterq[ue] Idq[ue] sub damnis
Terrestribus simpliciter absq[ue] Corporali Iuramento taxandis et edicendis per eundem Re-
cognoscendum aut eius successores praefato Donatario suo eiusq[ue] posteris ob non Completionem
praemissorum omnium et singulorum tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit ad sol-
vendum succumbendo Pro quibus quidem damnis terrestribus simpliciter absq[ue] Corporali Iuramen-
to taxandis ac pro re aliqua principali ex praemissis non Completa complendo citatusq[ue] existens
memoratus Recognoscens aut eius successores ad instantiam praenominati Donatarij sui aut eius po-
sterorum ad officium praesens Castrense Capitaneale Przemysliense Extunc necessario suprascripto
quoad respondendum spectat mediante semper in primo Litterarum termino tanquam perem-
ptorio stare Iuri parere respondere damna praefata terminatim luere Inscriptioni huic sa:
tisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur seq[ue] ac suos successores ad eadem
omnia obligat eundem terminum primum et alios omnes exinde Consequendos Causae eiusdem
Terminos semper peremptos vera infirmitate pro maiori minorennitate successorum
Legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad iniuncta ad Evictorem
vel alijs quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem
ultra proximos offi[cij] praefati Castrensis Premysliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo
nullasq[ue] Motiones Appellationes ac causae prosecutionem faciendo ac praesenti omnibus poenis simplicibus
vel triplicatis evasionibus super personis fatalibus Iuris praescriptione Terrestri

bello Conventionis ac alys omnibus Juris remedys et defensis non subterfugiendo nec quovismodo evadendo Stat psenti Inscriptione ad Ppetuum mediante.

Sielecki Maytkowskiemu Cedit

Comparens personaliter coram offo et Actis psen Castren Capitan Przemyslien Nlis Iwan Sielecki Popowicz sanus mente et corpore exes a Terris Dictibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis propryis et Competen recedens psenti vero Castren Capli Przemyslien Jurisdoni quo ad actum hunc attinet se cum successoribus ac bonis suis gnali omnibus totalis et plenarie incorporans atque subyciens palam libere publice ac sponte exporsis recognovit Quia ipse de omni et integro Jure suo neque de summis binis quantum suo pro interesse spectat inter alios Consuccessores olim Nobilis Martha filia olim Nobilis Pop Stephan Sielecki Consortis vero Nobilis olim Iter Ihnatowicz Sielecki Skrebeczys suis vero Recognitis Matris naturalis quod et quantum ex summis binis prima dotis Octuaginta florenorum polon et altera dotality aeque Octuaginta floren polon per praedictum olim Nlem Iter Sielecki praefatae Careati suae Recognitis et ipsi Consorti in medietate bonorum suorum generalis omnium coram Actis Terrestribus Przemyslien iure et titulo modo quo supra reformatorio inscriptum et assecuratum prout eadem Inscriptio reformatoria latius in se de Ppetuis extat post fata eiusdem olim Matris suae inter alios Consuccessores in se Recognitem iure divino et naturali successione devolutae sunt et se concernunt tum de medietate suprascriptorum bonorum summis utriusque dotis et dotality oneratorum ipsaque Inscriptione praefata reformatoria ad easdem summas suum interesse concernens cum parata eorundem bonorum et Juris Cessi intromissione pacificeque possessione et usu fructu atque tuitione et evictione pacificeque in huncque per se Recognitem continuata possessione cum omni Successorum Jure dominio proprietate Competentiaque et praerogativa

quavis.